Google

Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

+ *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
+ *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
+ *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
+ *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertati di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da `http://books.google.com`

CHARI TAS.

VITA ET MIRACVLA SANCTI FRANCISCI DE PAVLA

Ad augumentum fidei Chriſtianæ cura et ſollicitudine fratrum ordinis minimorũ et piorum expensis in Conuentu Sanctiſs.e Trinitatis Romæ depicta:.

Opera, et ſtudio Petri de nobilibus, æneis typis accurate expreſsa;

ILL.MO ET REVEREND.MO D. D. Paulo de fuxo archiepo Tolosano, et Chriſtianiſsimi Regis Henrici II. apud Gregoriũ 13 oratori;

Anno D. 1584.

Ambroſius Brambilla fe.

Digitized by Google

Digitized by Google

IHS

CHARI TAS

VITA ET MIRACVLA SANCTI FRANCISCI DE PAVLA.

Ad augumentum fidei Chriſtianæ cura et ſollicitudine fratrum ordinis minimorũ et piorum expenſis in Conuentu Sanctiſs.e Trinitatis Romæ depicta:.

Opera, et ſtudio Petri de nobilibus, æneis typis accurate expreſſa;

ILL.mo ET REVEREND.mo D. D. Paulo de fuxo archiep.o Toloſano, et Chriſtianiſſimi Regis Henrici iii. apud Gregoriũ 13 oratori;

Anno D. 1584.

Ambroſius = Brambilla fe.

Digitized by Google

Digitized by Google

IHS

CHARI·TAS·

VITA ET MIRACVLA SANCTI FRANCISCI DE ·PAVLA·

Ad augumentum fidei Christianæ cura et sollicitudine fratrum ordinis minimorũ et piorum expensis in Conuentu Sanctiss.e Trinitatis Romæ depicta:.

Opera, et studio Petri de nobilibus, æneis typis accurate expreſſa;

ILL.mo ET REVEREND:mo D·D· Paulo de fuxo archiep.o Tolosano, et Christianissimi Regis Henrici II· apud Gregoriũ 13 oratori;

Anno D· 1584 -

Ambrosius: Brambilla fe.

Digitized by Google

S·Franciſcus de Paula ord. minimorum Inſtitutor, natus eſt anno D. 1416. Suorum minimorum ord. incepit: poſtq; per aliquot annos Eremum adoleſcens incoluiſſet, anno D. 1436. Vixit annos 91. obijt año D. 1507. et a Leone X. Pont. Sanctorum num. fuit adſcriptus, prima Maij 1519.

Digitized by Google

ORAVI ET DEDIT MIHI DOMINVS PETITIONEM MEAM QVAM POSTVLAVI EVM · I REG I ·

Anno à Salute hominibus restituta 1416. Beatus Franciſcus Paulæ in Calabria Iacobo, et Vienna parentibus prolem a Deo poſtulantibus, nascitur. In cuius future Sanctitatis præsagium, hora puerperij, noctu super domum facta de Cęlo luminaria conspecta sunt.

I

Digitized by Google

OPORTET VOS NASCI DENVO IOIS 3°

Ad Baptiſmi ſacrum fontem admota Franciſci nomen a parentibus ex uoto imponitur: et a celebri oppido Coſentinen' diœcesis de Paula nuncupatur.

Digitized by Google

TVLERV̄T IESV̄ IN IERVSALEM VT SISTERENT EVM DOMINO LVC. 2

Vt uotum parentum de puero adimpleretur ab illis ſiſtitur in ecclesia ordinis minorum Ciuitatis S.ti Marci, Quorum habitum (nulla profeſſione emiſſa) per annum integrum humiliter geſtat.

Digitized by Google

ECCE · ELONGAVI · FVGIENS · ET · MANSI · IN · SOLITVDINE · PSAL · 53

Anno ætatis ſuę 19, diuinę inspirationi obtemperans, uaſtum Eremum
petit, Corpus ſuum castigat, cibis agreſtibus ueſcitur, Deoq;
ſoli uacans, didicit, Quę poſtea alios docuit, et in
ſua regula inſtituit.

Digitized by Google

Digitized by Google

COGITO · AEDIFICARE · TEMPLVM · NOMINI · DEI · MEI · 3 · REG · V ·

Poſt Sex annos diuino afflatu ex Heremo Paulam rediens, haud procul oppido ad extruendam Eccleſiam animum conuertit; apparens Sancto Franciſco aſsiſiate, qui de diuinis et humanis præſidijs non defuturis illi fidem facit —

Digitized by Google

DATE · ELIMOSINAM · ET · ECCE · OMNIA · MVNDA · SVNT · VOBIS · LVC · II ·

Nobilis quidam Coſentinus ſpiritu dei motus, ultro ad Beatum Franciſcũ uenit, eiq; ingentem numeratæ peccuniæ uim Suppeditat, quam in: Sumptus fabricandę Eccleſiæ impendat.—

6

Digitized by Google

VNDE HVIC HAEC OMNIA ET VIRTVTES TALES QVAE PER MANVS EIVS EFFICIVNTVR, ET SCANDALIZABANTVR IN ILLO. MARC. 6.



Mirificauit dominus Sanctum ſuum mirabilium operatione Signorum, quorum initium quidam frater Antonius (aliogui uir bonus) publica concione Sugillat, Simplicitatis, et ignorantiæ uirum Dei redarguit.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADORABUNT · VESTIGIA · PEDUM · TUORŪ · OĒS · QUI · DETRAEBANT · TIBI · ESA · 6

Prædictus Antonius mutato in melius animo Beatum uirum adit, in quo uirtutem Dei, attrectatione, et compreſsione ardentium carbonium, nudis et illæsis manibus conſpiciens, reſipiſcit; et illius pedibus prouolutus ueniam poſtulat.

8.

Digitized by Google

In fornacem ubi calx coquebatur flagrantem, et ruinæ proximam, cum
se prius ſigno Crucis armaſset, ea munita, et refecta, omnium
qui tunc aderant, ingenti admiratione, illæsus
egreditur —

Digitized by Google

Digitized by Google

A SÆCVLO NŌ EST AVDITV̄ QVIA APERVIT QVIS OCVLOS CÆCI NATI · Io · 9

Iuliam Antonij Catalani Ciuis Paulani filiam a natiuitate cæcam petitis e uicino horto cuiusdam herbae folijs, et oculis orbae attactis, illuminat, ~

Digitized by Google

SVPER ÆGROS MANVS IMPONENT ET BENE HABEBVNT. MAR. VI.

Cum in paterno Coſentineñ oppido, ædifficando Sui ordinis ſecondo Coenobio
præſens operam daret, duo opifices (quos magna terræ moles repente collapsa
ibi obruerat ut ab omnibus mortui haberent) ope illius (ut pie creditur)
quam periclitando inuocauerant, integri et illæsi seruantur.—

Digitized by Google

VIRTVS DE ILLO EXIBAT · ET SANABAT OMNES · LVC · 6 ·

Candelas a ſe benedictas deſtribuit Ioanni Nicolao Comiti de arena ſuiſq; militibus Iuſſu et inſtructione Regis Ferdinandi de Aragona ad expugnandum turcarum obſidium ad Hidruntem miſsis. et victoriam illis de hoſtibus praedictis in quo conflictu tantum qui candelam ablatam recuſauerat, interijt ~

Digitized by Google



Digitized by Google

SI HABVERITIS FIDEM SICVT GRANVM SINAPIS DICETIS MONTI HVIC TRANSI HINC ET TRANSIBIT. MATHI. 7.

Rupes, quæ iam ruere cœperat, multosq; opifices sub ea operi suo intentos oppreſsura erat, et iuſsu beati Viri ne decidat, prohibetur. et constitit.

Digitized by Google

EXPVIT IESVS Ī TERRĀ ET FECIT LVTV̄ EX SPVTO ET LINIVIT LVTV̄ SVP OCHVLOS EIVS. IOĪS. 9.

Puero sine ore et sine occulis nato, illito sputo efficit, ut occuli enascantur, et os aperiatur.

Digitized by Google

DEDIT ILLIS POTESTATEM VT CVRARET OEM INFIRMITATE · MATH · X ·

Hominem a uenatoribus hiemali niue oppreſſum, nullum uitæ ſignum præ se ferentem, et ad monaſterium oppidi paterni delatum ut sepeliretur, incolumitati restituit. —

15

Digitized by Google

Digitized by Google

RESEDIT QVI ERAT MORTVS ET CEPIT LOQVI ET DEDIT ILLV̄ MRI SVE· LVC· 7·

Homines qui infantem mortuum in primam sui ordinis conuentus Paulæ ecclesiam recens constructam intulerant, rogat, ut sinant corpus defuncti pueri aliquandiu subsistere, inhumatū, quem a mortuis excitatum post tertium diem parentibus uiuum restituit.—

Digitized by Google

DÑE I EO MANV̄ TVĀ EXTENDAS AD SIGNA ✝ PRODIGIA FIERI NOĒM S FILII TVI IESV · ACT · 4 ·

Parentes filium suum ab ortu natum mutum ſ.to uiro offerunt, QVIBVS iubet ut secum ter alte Iesum acclament. beato uiro inchoante dictisq; parentibus simul exclamantibus statim solutum est uinculum linguæ muti et conclamauit etiam ipse Iesus. Iesus Iesus, Qui ex illa hora et deinceps ad multos quos uixit annos recte loquendi offitio potitus est, ~



Digitized by Google

Etenim neque herbam sanauit eos, neque malagma, sed tuus domine sermo, qui sanat oia, Sap. 16.

Solebat uir Sanctus grãs curationum, quas sola in deum fide faciebat, humiliter occultare. quasi ui herbarum uel alicuius medicamenti uirtute factas, superioribus hoc exemplum accedit, in fratre francisco quon Priore Conuentus Paulę Ordinis Sancti Augustini, qui dum in silua ligna cedit, et casu sibi ipse pedem Secat, a beato uiro herbę cuiusdam adminiculo a cruento uulnere, etiam alias a lethali apostemate, in brachio confestim curatus est.

18

Digitized by Google

In mari uia tua et semitæ tuæ in aquis multis: et uestigia tua nō cognoſcentur. P. 76.

Nauigaturus e Calabria in Siciliam ab improbo nauarco despectus, et reiectus, eo quod propter paupertatem non eſset soluendo naulo, Deo fisus, strato pallio supra mare, procellosas freti Siculi fluctus superans, ad Jnmeſſane portum diuino aspirante flatu cum Socio traijcit.

19

Digitized by Google

In Conſpectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me, Sapien; 8.

Ludouicus · xi. huius nominis Francor. Rex xpianiſs. audiens celebrem famam Sanctitatis, et miraculor. S. franciſci de Paula contendit Studiose primumquidem per nuncios suos in Calabriam miſsos, deinde per xistum · 4 · tunc Pont · Max. ut illum magnis pollicitis adductum ad se traheret, tandem Pontifex beato Viro Romam accerſito coram Iubet ut ad Regem se conferat —

Digitized by Google

Egreſsus Abram de terra sua et de cognatione sua et de domo p̄ris sui [uenit] in terrā quā mōstrauit illi deus, Genes. 12.

Prędicti ergo Pont. Max. Iussu, egreſsus beatus uir de suo natali solo Paula opido Calabrię, uenit Turones, urbem Gallię lōge nobilissimam; in cuius occursu surrexit Rex idē Ludouicus xi. eumq̃ amplexatus uirum Sanctum accepta eius benedictione excepit eum gaudēs in domum Regiā quę Pleſsiacum nuncupatur.



Digitized by Google

Abscondisti hæc a Sapientibus, et prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Mathei. 11.

Audiuit et lætatus est de fam. S. Viri ad Regem aduentu illa toto orbe celeberima
Parisorum Accademia, ex qua profecti duo celebres Theologi doctores Ioes Standon, et
Ioes quitin ueniunt ad plesiacum in agro Turonen. et salutato Rege iussu eius
adeuntes Sanctum virum constitutum in conuentu quem rex prope suu Plesiaci palatiu
S. Viro suisque fratribus ia construxerat et uolentes anxie scrutari num diuinu quid in
Sancto hoie esset quasi tentantes eum de difficili et ambiguo Sacre Scripturæ loco
niterrogant cuius sensum illis aperuit de sapientia Spus sancti no de scola philosophi
22 erat enim illiteratus Sed Summa humilitate eruditus

Digitized by Google

Non facief deus uerbum nisi reuelauerit secretum ad seruos suos prophetas. Amos. 2.

Non defuisse s.to uiro profetie spm argumento sunt multa unu quod Iuliano de Ruere Card.li S.ti Petri ad uincula, cum in gallia esset, pro certo affirmauit eum Summu Pontificem fore; et Religione sua diligentiss.e comendauit, cuiu[s] predictionis memor ipse qui postea Iulius Secudus Pont. fuit, ordine minimo[rum] suma beneuolentia complex[us] plurimis amplissimisq; priuilegijs in perpetuum ornauit;—



Digitized by Google

IN TEMPORA LONGA ISTE PROPHETAT · EZECHIEL · 12 ·

Accedat et Superiori argumẽto in S.to uiro prophetię sp̃us et hoc in francia celebre
exemplum in illa nobili Aloysia de Sabaudia, quæ cum masculę prolis cupiditate
ageretur, et precibus uiri S.ti coram se comẽdaret, ab illo gratum responsum haccepit
fore ut marem gigneret, cui regnum francię obtingeret. cuius predictionis euentus
et si dubius multis de causis uideri poterat tamen impletum est tandem quod San.s
Vir prædixerat, genuit enim illa Carolo Comiti Ingolismensi marito suo filium
quem in honorẽ S. Fran.ci de Paula in baptismo Fran.m uocari uoluit, et ille fuit Fran.s huius nominis
primus Gallor. Rex. de nostro minimor. ordine summę benemeritus.

Aliy per spiritum datur gratia Sanitatū aliy operatio uirtutum etc. Hęc omnia operatur unus atq; idem spiritus diuidens singulis prout uult. pri. 2ª. Corin. Cap. 12.

Laborabat quidē ex gutture, de cuiꝰ morbi qualitate medici uariȩ iudicabant, nonnullis strumam idest Scrofulam esse affirmantibus, alijs constanter negantibus; tunc contingit Carolum octauum Regem gallorꝫ dare operam pro officio, in tangendis Strumosis (francię Regibus ad Sanitatem Scroffularꝫ diuinitꝰ collata gratia) contendit ęger, ut ad Regem tangeret, et ipse, at cum post aliquod tempus nullum suus morbus finem acciperet ad beatum uirum se contulit. Cuiꝰ consilio, et precibus non multo post sanatus est.



Digitized by Google

Deferebant a Corpore Pauli Super languidos sudaria et semicintia et recedebant ab eis languores et sps nequam egrediebantur. Act. 19. ~

Fuerat ex Picardia Romam aducta mulier ut liberaretur obsessa a demonio: quam cum viderent duo frēs huius conuentus, petrus et thomas crebris exorcismis per tres menses fatigatā, nec adiutam prēdcs Petrus rogatus a multis adiurauit demonem, num franciscum de paula cognosceret: Cognosco (inquit) ab eo semp recessi tentatorum victus; Tunc Petrus unum Cingulum Beati Fran.ci habens apud se, iniecit illum in Collum obsesse a demonio, precipiens ut in nōie Iesu, et dei parē Virginis, et per merita S. Fran.ci exiret ab ea, in quibus verbis

26. fugato demone mulier sanata est ~

Digitized by Google

DEDIT ILLIS VIRTVTĒ SVPER OMNIA DEMONIA · LVC · 9 ·

Erat in nostro minimorum Conuentu plesiaci nouitius quidam Stephanus, quem diabolus horrendis terroribus nocturnis conturbatum, a suscepto penitentiæ proposito, ad seculum reuocare contendebat: adducunt et eodem tempore ad B. Viru̅ duo p̄res unum nouitium sui minimoꝝ ord.^is a Demonio obsessum: ambobus itaq̧ uir S. præsens salutis remediu̅ attulit, dum unu̅ ab infestatione demonis reddit securum, alterum uero ab eius possessione dimittit liberum.

Digitized by Google

SENSVS MEVS REDDITVS EST MIHI; ET VIVENTEM IN SEMPITERNVM LAVDAVI. Daniel. 4.

Quidam cui nomen erat Georgius mentecaptus, huc et illuc uagus ferebatur: contingit ut accepta Dei gratia, lucido interuallo, uocem diuinitus miſsam audiret: comenda ſe illi Beato Franciſco, qui eſt in suo conuentu Turronensis plesiaci, Tunc, toto corde ad Deum conuersus precibus Beati Francisci se comendans, statim sanitatem mentis sibi restitutam intellexit, nec mora interposita, se contulit in proximum Caſtri Eraldi minimorum nostri ordinis cenobium, rogans ut fratres pro gratiarum actione antiphonam Salue Regina decantarent. —

Digitized by Google

IN ISTO COGNOVI QVONIAM VIR DEI ES TV · REG · 3 ·

Franciſcus de aleſſo B.ti Viri Conſobrinę nepos mutus natus erat, manibus et pedibus ita distortis, ut prorsus inutiles eſſent; eum mater plesiacum pertulit ad S. Virum. Cum prius uouiſſet filium religionis causa, eodem quo ille utebatur uestis genere usurum, si et facultatem loquendi, et membrorum usum recuperaſſet. Ille cũ ob parentum peccata hęc puero contingisse dixiſſet: hortatus est ut Deo reconciliarentur, et ab eo salutem filij postularent. paruitq; mater dum domum rediit puerũ qui totos septem annos mutus fuerat repente loquentem recte et firmiter incedentem manibus pedibusq; ad naturalem situm suapte sponte reuocatis admirata ad conuẽtum reduxit
29 et sacro ordini initiandum curauit: in quo ille beneficij memor annos 50 laudabiliter exegit.

Digitized by Google

Sedebit solitarius et tacebit, quia leuabit se super se; trenorum. 3.
Abscond[illegible] eum in abscondito faciei tuæ a conturbatione hominum Psal. 30 —

Studium contemplationis celestium, quod uir dei ab iuuentute ætate solitarius in ſeremo coluerat etiam apud suos (quibus solicite ſperat) ardenter frequentabat; habebat enim seorsum celubam in qua cum eſſet in alta elleuatione mentis in deum, auditi sunt aliquando dulces angelorum concentus, proinde non mirum si Carolum. 8. Regem Gallorum uolentem Secum loqui, in Dei Regis Regum imortalis ſecreto colloquio occupatus neglexerit —

Dum inter frutecta nemoris Regie, quæ conuentui ordinis nostri uicina est, abditus contemplationi dei secretius uacare contendit; ui diuini amoris supra se non tantum mente, sed etiam corpore, a terra uisus est eleuatus. —

Digitized by Google

Digitized by Google

VADE FIDES TVA TE SALVVM FECIT. MARCI X.

Vir Nobilis Iacobus de Tarsia, Baro terræ bellimontis, laborabat in crure graui apostemate, in quo curando insignes Cosentiæ medici diu seipsos in cassum fatigauerant, cumq; ignoraret æger quid ultra agere deberet, unum reliquum sibi eſse credidit, ut de coelo auxilium postularet, protinus ad S. franciscum (qui adhuc in suo Paulæ conuentu agebat) se contulit, cui cum plagam detexiſset, respondit uir dei, incurabilem quidem eſse morbum, uerum magnæ in deum fidei nihil eſse impoſsibile; ad quam sæpius ipsum exhortans, præcipit uni ex suis fratribus, ut tria folia herbæ (quæ ungula caballina dicitur) cum certis pulueribus sibi afferet, de quibus cum uelut cataplasma feciſset, et facto signo crucis ulceri colligatum applicuiſset; ad propinquam crucifixi imaginẽ conuersus orauit: ut Baronis in sua diuinitatis gratia confidentis, misereretur: Tali ergo in deum fide et spe animato Baroni, iuſsit ut abiret, qui cum uix monticulum superaſset, dixit uxori suæ Ioannæ (quæ illum cum multis comitabatur) se sibi sanum uideri, et cito ex equo deſcendens, coepit
31 pedibus ambulare, perfecta sanitate donatus ad gloriam Dei.—

Digitized by Google

Et reuersi qui missi fuerāt domum inuenerunt seruum qui languerat sanum · Luc · 7 ·

Femina mortifferum uenenum per errorem puero miscuerat: de cuius salute disperantibus parentibus bonum consilium a Deo imissum est, at auunculus pueri eps̄ rossen. e scotia iret ad s · uirum casum miserandum illi narraturus, et opere precium ipsi, postulaturus, iuit, postulauit, responsū accepit ut in deo fiduciam suam collocarent: proinde abeuntes reuerterentur ad uisitandum puerū, eps̄ dicto B^ti^ uiri credit, et paret, et acceptis ab eo duobus fribus suis, ecce ad eos introitum in domum, puer qui languerat semimortuus contra morem cibum petens, e lectulo se sanus erexit, grande salutis remedium, per absentis preces dono Dei repente consequutus ~

Digitized by Google

· LEPROSI MVNDANTVR · MATH · · XI ·



Cum Cosentiæ in Calabria Marcellum de Cardilla infectum elephantiasi, quæ illi pedũ, et manuũ usum uult, formã, et oẽm pene ſequendi facultatem ademerat, parentes, et amici uiro Dei in suo conuentu Paulæ constituto obtulissent, ille hominis calamitatem magno affectu miseratꝰ, seorsum secessit ad orationem, ex qua surgens reddijt ad ęgrotum, eumq; manu subleuatum sanauit —

Haud absimili lepre genere laboranti alteri nobili Cosentino Guidoni ſiparto, ad se uenienti in conuentũ paterni, sanitatem præcibus uiri S.ti obtinuit a Deo, qui operatʳ oĩa

33 in oĩbus ad gloriam suam —.

Digitized by Google

DESIDERIO DESIDERAVI HOC PASCHA MANDVCARE VOBISCV ANTEQVĀ Patiar. LVC. 22

Cupiebat S. Fran^s. dissolui, et eſse cum xp̄o. et cum fuisset ex dominica palmarum anni 1507. continua febre afflictus: subsequente feria quinta eiusdem maioris Sanctæ hebdomadis (in qua xp̄s pridie quam pateretur pascha manducauit cum discipulis suis) S.^tus Vir confortatus in spiritu Dei, ut erat ualde egrotus, uoluit ad ecclesiam perduci et ibi in solemni miſsa in qua solent illa die oēs religiosi de manu sui superioris sanctiss. eucaristiam simul summere, et ipse cum fratribus suis communicari sacro misterio corporis xp̄i uelut optimo uiatico, sibi, qui postridie erat ex uia ad celestem patriam migraturus —.

Digitized by Google

Mortuus eſt in senectute bona, prouecteq. ætatis, et plenus dierum. Genesis. xxv.

Consequuta eſt dies ferię sextę, in qua dominicę paſsionis annua agebatur mem.ª Cum S. Fran.ˢ de paula inualescente febre, suę mortis horam adeſse sentiens, cum fratribus suis multa salutis monita reddisset, et suam benedictionem impertiſset; strato sarmentitio decumbens, oibus ecclię sacris coitus erigens in Celum (quo aſpirabat) stillantes pijs lacrimis oculos, non multos post a se sepius pronuntiata uerba dominicę paſsionis, quę coram eo legebatur, In manus tuas Dñe comendo ſpm meum. depositam ſibi animam Deo feliciter reddidit.

Obijt in Gallia anno Dñi 1507 in suo Conuentu ad plesiacum turonense anno uero ætatis suæ 91. Die 2. menſis aprilis.



Digitized by Google

Mortuus eſt in senectute bona, prouecteq̃ ætatis, et plenus dierum. Genesis. xxv.

Consequuta eſt dies ferię sextę, in qua dominicę paſsionis anua agebatur mem.ª Cum S. Fran.ˢ de paula inualescente febre, sue mortis horam adeſſe sentiens, cum fratribus suis multa salutis monita redisset, et suam benedictionem impertiſset; strato sarmentitio decumbens, oībus ecclię sacris coītus erigens in Celum (quo aſpirabat) stillantes pijs lacrimis oculos, non multos post à se sepius pronuntiata uerba dominicę paſsionis, quę coram eo legebatur, In manus tuas Dn̄e comendo sp̄m meum. depositam sibi animam Deo feliciter reddidit.

Obijt in Gallia anno Dn̄i 1507 in suo Conuentu ad plesiacum turonense anno uero ætatis suæ 91. Die 2. menſis aprilis.

3 5.

Digitized by Google

Corpora Sanctoꝝ in pace sepulta sunt et uiuent noïa eoꝝ in generatꝭ et generatꝭem. Eccli. 44

Per xi dies jacuit in ecclesia sanctum exanime corpus insepultum, absq; ullo fetore, immo odor suauiter fragrans ab eo efflabat, admirabile fuit quam frequens ex finitimis urbibus pagis, castellis, et undiq; plenis uijs concursus populoꝝ factus sit ad uisendum corpus Sancti Viri, ut quem uiuentem dilexerant, et per quem et propter quem multis gratijs tum ad animæ tum ad corporis salutem pertinentibus, a Deo donati fuerant etiam deffunctum uenerarentur, eius preces implorarent, et beneficijs miraculoꝝ (quę tunc multa super egros facta sunt) potirentur; atq; adeo ingens fuit diu noctuq; populi affluentia, certatim corpus tangere contendentis, ut fratribus corpus mandare sepulturę non licuerit, nisi sub auroram undecimi diei ab eius obitu idest. 13. Die mensis aprilis. 1507. Cuius sepulcrum habet in Gallia in conuentu plesiaci ad Turronensem Regiam —



Digitized by Google

· HIC HOMO MVLTA SIGNA FECIT · IOIS · XI ·

Iulius Barlucius Post mortem S. fran.^ci ingentis magnitudinis Balistam, de Castro Cosentie Paulam uersus transferebat, Cumq. a fastigio montis per ualde decliuem locum (Qui della Macchia nuncupatur) cum magno periculo machina tracta a uiginti boum iugis deducenda esset, idem iulius iuuenum ualida manu adiutus funem magnum quo Ballista alligata erat, cuidam arbori (ut per manus eorum paulatim laberetur) inuoluit; Quem cum dicti Iulius et tot iuuenes propter impetum ueloce, (Qui ex fante molis lapsu ferebatur) retinere non ualerent, Ibi dum illi ultra quam uires eorum ferebant, nituntur iuxta arborem, cui circuligatus erat funis, Iulius prostratus cecidit; cumq. pedes suos intra funis orbes inuolui, et constringi sentiret, ut nō nisi dei munere crurium confractionem euadere posset, arborem amplectens exclamauit O S.^te fran.^ce de Paula adiuua me Qua in uoce tota machina in loco precipiti statim subsistit; apparente tunc dō Iulio (sicut affirmauit) fre quodā ordinis S.^ti fran.^ci de Paula · Qui funem (ne currus in preceps rueret) retinuit. –

Io. fran.^s tunc Comes de arena habebat domi imaginē S.^ti uiri quā cū filius sui Castellani ualde egrottus instanter postulatum, et sibi oblatum fuisset, supplex ueneranter osculatus mox conualuit. —

87.

Quicunque honoraficauerit me glorificabo eum, Primi Regum · 2°.

Honorificauit Deum in terris S · Franciſcú de Paula per Sanctiſs.^am^ uita, quam duxit per uirtutem et mirraculor_ insignia, propter quod et Deus glorificauit eum in Celis: quod ut ad comunem fidelium conſolationem per Ecclesiam Dei uiui q̄ est columna et firmamentú ueritatis Inoteſceret Leo x · Pont · Max · preſens in Baſilica apostolor_ principis aſtantibus ſibi R.^mis^ Card · Archiepis, Epis, et prelatis cum uniuerso Clero, Senatu Populoq̄ Rom. nec nō et preſentib̄ xpianiſsimi francor_ Regis Franciſci huius nominis primi Oratoribus, post habitum fidele et probatum teſtimonium huiuſmodi Sanctitatis uite et mirraculor_ tam in italia q̄ in francia, predictu S. franciſcú de Paula Celeſti gloria donatu fuiſſe declarauit: et plene obſeruatis omnibus que de iure et de ueteri ritu, et laudabili conſuetudine recquiruntur Sepius implorata Sp̄s Sancti directione, in Societatem Sanctor_ Confeſsor_ in Celo cú xp̄o feliciter Regnantium publice et ſolemniter illum retulit, Rome anno Dn̄i 1519 prima die Maij ad gloriam Dei Omnipotentis

38

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google